

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

Peroratio flebilis per apostrophen ad animam mortui.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

*Perroratio miserabilis pro filio, qui cum sua:  
captiuitate, & morte patrem re-  
demisset, mortuus in vinculis.  
a matre sepeliri prohibi-  
betur.*

## CAPVT. XLII.

*Quint.  
decl. 6.  
Affidus  
miseratio-  
nu in mor-  
te filiorum.  
Misericordia  
magis.*

**V**bi virtus? vbi pietas? peristi miser, & ma-  
lè audis. Non morienti pater assedi, non  
ægri caput molliori sede composui, non  
fatigatum latus mutavi, non spiritum ex-  
cepi. Absens, extinctus, eversus mortem tu-  
am inueni. Nemo ægri vincula laxavit, ne-  
mo manus ferro sordidas ad accipiendo res-  
misit cibos. Tatum catenarum causa solutus  
est, neglectus, despctus. Quidni vilis senis  
vicarius? inter tortardentissima febrium des-  
ideria, non habuisti, quem posceres, quomodo  
te vincula compostrat, iacuisti, matrem, pa-  
trem, propinquos tantum cogitasti. Nūquid  
indulgo mihi, quod te puto inspirasse in car-  
cere meo? Nondum matris factum est.

*Cruelitas:  
tu exige  
re panas  
a cadaveri-  
bus.*

Quoniam pœnas à cadaveribus exigis, audi-  
sequenta tempora, mors ipsa filij tui naufragium fecit, per tot fluctus volutatum corpus  
intumuit, tot collisum scopolis, tot spatiois  
tractum arenis, nunquam tamen infelicius,  
quam cum venit in terram. O quam graue est  
morti quanto grauius, quod ego viuo super-  
fites filij mei? Vino omnibus dijs, hominibus  
que, sed ante omans mihi, & iauis, & infe-  
stus, & vxoris quoque pietatem perdo. In fu-  
nere filij diuortium fecit, video hæc retum  
naturæ bona, qua filio abstuli. Omnis me æ-  
tas, mei admonet luctus, senectus, ad quam  
non peruenit, misera pueritia, quam nunc  
transiuit, adolescentia, in qua periret. Super-  
sum, ut si felicissime cesserit, rogam meum  
vidam, & edaces circa corpus filij mei flam-  
mas. Si hoc non contigerit, nigrum cadaver,  
& deformè etiam ignotis spectaculum, inter  
hæc mala credetis, puto, si dixerim, vellem o-  
culos non habere. Quid nunc amplius? Ad te  
vxori preces conuertam irritas, malè tentatas?

Tu vero perge, & bono tuo vtere, felicem te,  
quod in hac fortuna tua irascitur. Ad hoc cō-  
fugiendum est. Per communes casus, per ca-  
lamitatem meam, humanæ calamitatis exem-  
plar, ita vos coninges vestram ament, non sic  
desiderant, ita hoc orbitatis meæ ultimum e-

xemplum sit, ita vos habere tam pios filios  
non recessit, miseremini. Si vicarium acci-  
pitis, me projicite, non inuidiose preces sunt,  
nihilominus imperio. Non læta sententiaria  
vestram sequetur gratulatio, non ad tempora  
deducat, sed ad sepulchra. Etiam cum viceris,  
flendum est: Si vero vincimur, ibo in littus  
miser, planetibus aues abigam, aut me corpo-  
ri filii mei, velut tumu us imponam. Iacebi-  
mus duo insepulta cadavera, me feris obijci-  
am, aut circa singulorum domus, ad genua  
præterea unum ibo, & recepto iam miseris  
more supplex, non cibos petam, non stipem  
mendicabo, terram, & collatas miserantium  
manu glebas, aut, quod certè licet, filium in  
mare proiecam. Iam crudeles aquæ, & venti  
male secundi, reddo vobis vestrum beneficium. Ferte quolibet, licet ad barbaros, licet ad  
hostes, licet ad piratas. Forte ali quis subebit  
sepeliri, certè (quod leiam) nemo prohibebit.

Item in cauilla adolescentis ad remedium  
fraterni morbi, exfecti iusu patris, & occisi.

*Peroratio flebilis per Apostrophen ad ani-  
mam mortui.*

Conuertitur hoc loo, iudices, mulier in-  
felix, & velut ad quandam præsentiam amissi  
inuenis, Siue, inquit, tardem securitate mortis  
explicitus, in aliquo sedis æternæ pudore  
requiescis, hue exclusus, ac vagus, & inter fa-  
bulosa supplicia metuendus, adhuc laceratio-  
ne per stupentes, horrentelque manes umbra  
discurris, audi miserrima matris iniquissimæ  
complorationem. Non quidem licuit mihi in  
illud cubiculum conditorum tua mortis ir-  
rumpere, nec supra charillima membra pro-  
strata meis vulnera tua tegere vilceribus,  
quod solum tamen potui, corpus, quod me-  
dicus, quod reliquerat pater, hoc finu misera  
collegi, ac vacuum peccus frigidis, abieci, sq;  
vilceribus rufus impleur, sparsos artus am-  
plexibus iunxi, membra, diducta composui,  
& de tristi, terribilique facie, taadem ægri ca-  
dauer imitata sum. Hoc est tamen, quod ac  
tristissima orbitate præcipue ferre non pos-  
sum, propter fratrem videris occisus, nec ta-  
men unquam constare poterit, an tu sanaueris  
fratrem.

Item, Ecce super, lectulum effusa feralem,  
laceros artus, & perustum complexa corpus  
exclamo, reneo vnicum meum, velit, nolit  
inuidia, meum misera formosum. Hoc erat,

M m 3. quod

*Quint.  
decl. 8.*

*MAMES.*

*Affidus  
Matri in  
morte filij.*

quod infelicissimam matrem ultra solitare charitatis exagitabat affectus, amabam marite peritum. Infames quantumlibet hanc impatientiam, ego mihi video defuisse, celsus, multum de letitia, multum perdidisse de gaudijs. Nemo vñquam filium nimis amauit. Excuso tibi, inquit, iuuenis innocissime, quod supremis tuis nondum præstisti milera comitatum. Viuere quidem te defuncto continuo non debui, sed mori marito tacente non potui. Rumpam tedium

lucis inuise, sed prius licuerit coram ciuitate manibus tuis iusta persoluere, cum damnato supra callidissimum silentium paricida, nihil te dixisse constiterit. Ignofce quod ad iudicium istud orbata durauit. Timui, ne si ad exitum impatientia, si præcipiti pietate properallem, faceret alium paricida de mea morte rumorem.

(2)

Finis Libri Sexti.



## DE

# ELOCUTIONE, LIBER SEPTIMVS.

De Elocutione.

## CAPVT PRIMVM.



*10 minutis  
elocutionis  
eno dandus  
scrupulosissi-  
us immorari,  
puerilu-  
et ingenij.*

VAE ad elocutionis virtutes attinent, sunt à nobis in prima eloquentie parte diffusus exposta. Sed tamen, quoniam semel ad præceptiones desfusimus; nonnulla de huic ipsius virtutis Rhetoricæ cultura, seniorum Rhetorum placita trademus. Sunt enim in hac parte (ut libere fatear) infinitæ, vel etiam aliquot veterum Rhetorum ineptiæ, qui cum ad sublimes illas eloquentiæ vires assurgere non possent, toti in literulis, syllabilque auxiliis, & in tornanda periodo hæserunt. Quæ res, eti in suo genere non sunt negligenda; Tamen ens conlectati morosius, & præ istis heroicis sensus parvi facere, hominis est intemperanter abuentis otio, & literis. Ego enim sic arbitror, eloquentiam ex sensibus, & verbis, quasi ex animo, & corpore conflatam esse. Quicunque grauius sententias, omnes in verborum structu-

ram curas, & cogitationes intendunt, similes illis videntur, qui neglecto spiritu, *cœlesti au-  
re paricula*, solam cutem impensius curant. Caueant enim vehementer, ne collidantur litteræ, ne hiatus incurvant vocalium, ne asperos auribus sonos contumaces syllabæ efficiant: Dant singularem operam, ut trahantur periodi, ut compius interstincta particuliscola, ut oratori pedes concinuant, ut post longos circuitus frequens sit illud intercalare Episodium, *esse* videntur.

Interim præclaris sensibus exhausti, jejunii, macilenti, totas orationes Gæculorum nugis, & literarum obsecrationibus complent. Hoc quidem milera vanitas est, & ea opinor, que seniorum virorum scriptis castigatur, puerilis loquacia, inanis rerum, plena ineptiarum.

Quanquam non hæc à me ita dici velim, ut omnem verborum ornatum, contremendum putem: Nam ut corporis honestam cu-

ram